

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nummotheca Principum Austriae

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas num. XLI

Herrgott, Marquart

Friburgi Brisgoviae, 1753

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241482](#)

Tab. XIII. anni die XXIX. Septembris Turcæ prope Budam magna clade affecti fuere. Tum enimvero Dacia seu Transilvania RUDOLPHO primum stabiliter, ut tum videbatur, asserta fuit: hostibus, eidem inhiantibus, magnam ubique partem attritis. Deinde honoribus BASTÆ Ducis, easdem terras recuperanti, nummus datus fuit, qui rem hanc publicis monumentis tum præcipue celebratam fuisse ostendit. Hunc laudatus SCHMEI-ZELIUS citato loco ex KOELESERO sic describit: *Adversa protomen eius armatam accisis capillis, cum grandiori mystace ostendit, adiecta epigraphe: GEORGius BASTA DOMINus IN SVLT EQues AUREi VEL leris.* Aversa autem coronam lauream, illigatis tribus spicis, exhibit, subiecta inscriptione: *VALL acho PROFL igato SIC ulo DEV icò DACia RECuperata 1603.*

Denique duplex in aversa, quam LUCKIUS pro more suo inversam dedit, hostium genus animadvertere licet. Altera enim exhibitio *Transilvaniam* seu *Daciam mediterraneam*, sub forma viri, velato capite, in vinculis refert: ferme ut non nunquam in nummis antiquis TRAIANI cum titulo *DACIA CAPTA*, occurrit. Altera eodem modo Turcam, humi sedentem, cernuum & catena vinclatum sistit; quod ipsa in adposito vexillo adpicta Turcarum insignia indicant. Postremo mulier facem extingens, aut arma incendens: quod & in veteribus atque cum primis etiam in laudati Imperatoris nummis videre est; nec non vexillum Tran-

TOM. II. P. II.

silvaniæ fractum, cum ea pro-RUDL-vicia iam debellatum esse, in-PHUS II. nuit, pacemque proxime adfu-turam; quod certe anno 1599. nondum dici aut sperari poterat; quando nempe SIGISMUNDUS Imperatori necdum fuerat re-conciliatus, atque MOSES *Sicu-lus* ab eodem in provincia reli-citus, adhucdum pertimescen-dus, aut observandus saltem erat. M. Imp. ar. ♂ LUCK.
p. 379.

XXII.

RUDOLPHVS II. ROM: anorum IMP: erator AVGustus. Effigies Cæsaris fere ut num. XII. Hic tamen aliquantum torvo aspe-ctu repræsentatur, velut qui sibi nihil ab hoste timendum putet.

In postica idem Imperator cataphractus & paludatus, au-reum vellus gestans, basi, inter varia generis arma seu tropæa collocatæ, insistit, dextra gla-dium tenens evaginatum, fini-stra palmæ ramum. Superius ex nubibus manus prodit, Im-peratorem coronans. Eadem basi duo Turci captivi assident, atque anteriori eius parti aquila biceps, gerens pectore parmu-lam, cuius tessera haud satis distingui potest, impressa est. Additur denique epigraphe: AVT PACEM AVT BELL: um DE-LI: ge. Et in exergo legitur: CVM. PRIVIL. egio CÆ. sareo c hri-stianus Mahler 1604.

Facile intelligitur, nummum hunc Cæsari oblatum fuisse, cum ineunte hoc anno post MEHEMETIS III. mortem Turci de pace agere cœpissent, quæ

M 2

tamen

RUDOLPHUS II. tamen tractationes ob iniquas
prætensiones abruptæ
sunt. Easdem fuse referens

a ISTHUAFFIUS, (a) inter cetera
quoque orationem Legati Cæsa-
rei ad Turcos recitat, ex qua
sequentia verba huius nummi
epigraphen plane illustrant: *Ita-
que certiores vos esse volumus,
Cæsarem ita esse animatum, ut si
pax inter ipsum & vos mutua no-
stra opera redintegrari possit, eam
haud in vito animo sit acceptaturus:
ex adverso, si vobis cura belli &
inferende iniurie potior, & pre-
sentior sit, quod ex hac, que-
modo instituta sit, presentis actio-
nis fine constabit, tum vero eius
propulsandi, suaque tuendi ra-
tiones ineat, quibus nec AQUA
FOEDERA ASPERNATUM esse, nec
ad arma capienda INVITUM aut
IMPARATUM descendisse palam sit.
Atque haec eadem nummi, etsi
ab aliis oblati, argumentum
sunt. M. Imp. ar. pond. semunc.*

XXIII.

Adversa fere ut numero
octavo decimo.

In postica corona quernea
civica, cum duobus capricornis,
globo terraquo imposita, cerni-
tur, cui inscriptum: OB CIVES
SEX (seu SERVATOS); nam lit-
teram x a monetario perperam
incisam fuisse continuo patet.

b Ad veterum imitationem
nummum hunc effictum fuisse,
indubium est. Capricornos *For-
tuna propitia* signum esse, pariter
compertum habemus (b). De-
nique coronam querneam cer-
nimus, quæ non minus ob ci-

(a) Lib. xxxii. p. m 493.

(b) Vid. hic supra p. 60. num. xxviii. &
p. 86. num. xii.

(c) Sæpe laudat. p. 414.

ves singulos, quam plures, at-
que adeo populum integrum
servatum, dari solebat. Tali
enim AUGUSTUM, post pacem
Imperio redditam, olim dona-
tum fuisse, cum ex nummis
eius intelligimus, tum & OI-
SELIUS (c) observat, excitatis
in eum finem PLINII verbis
(d): *Dedit hanc (de rostrata
loquitur) AUGUSTUS coronam
AGRIPPÆ; sed civicam a genere
humano accepit ipse. & alibi (e):
Ipsum AUGUSTUM cum M. CI-
CERONE filio consulem, Idibus
Septembris, Senatus Obsidionali
donavit, adeo civica non satis
videbatur.*

Ergo argumentum nummi
gratulatorium est, vixque du-
bitandum, eundem anno 1606.
signatum, quo xi. Novembris,
in festo S. MARTINI pax in vi-
ginti annos cum Turcis sancta
fuit. Nulla enim re magis RU-
DOLPHUS cives Reipublicæ Chri-
stianæ servavit, quam cum tam
cruento Turcico bello extinto,
pacis felicitatem generi humano
reduxit. Eius instrumentum
videre est apud du MONT ad
hunc annum: idque inter cetera
RUDOLPHO honorificum fuit,
quod iis pactis mittendorum
quot annis munerum onera sub-
lata fuerint (f). M. Imp. ar. f
sicil.

XXIV.

Epigraphe ut num. XII.
Imperator armatus, palliatus &
coronatus, equo infidens, si-
nistrosum vehitur: dextra sce-
ptrum tenens, cui genius seu

VICTO-

(d) Lib. xvi. cap. iv.

(e) Lib. xxii. cap. vi.

(f) Vid. ISTHUAFF. lib. xxiv. exeunte.

Tab. XIII. VICTORIA supervolitans lauream iungit, fin. frenum. In recessu schema urbis visitur, alluente eandem fluvio, ac pro pedibus hostis devictus nudus iacet, brachia in altum erigens: quasi qui ab equo conculcante se, cavere conaretur.

Aversa, inscriptione destituta, rursus Imperatorem, omnium ornatu Imperiali solio insidentem, exhibit. Assistit a dextris PAX, sub figuræ mulierbris seminudæ schemate, quæ ex ramo oleæ, quam dextra Cæsari offert, dignoscitur, (veteres enim vestitam exhibere solebant) atque sinistra eidem corollam lauream supra coronam imponit: a sinistris vero MINERVA, ut *Pacis Bellique Dea*, dextra gladium districtum vibrans, fin. palmæ ramum tenens. Superne duo genii, columnis insistentes, aquilam bicipitem, *Imperii Imperatorisque symbolum*, corona Cæsarea exornant. Duæ porro pyramides, proxime erectæ, totidem coronis radiatis, *Hungarica* scilicet & *Bohemica* fastigiatae sunt. Assident hinc inde sex Electores in solito ornatu, & pro pedibus captivus nudus iacet.

Videbatur primum, elegans iuxta ac operosum isthoc numisma ex occasione comitiorum signatum; atque ideo huc collocatum fuit: sed illo attentius considerato, ad dignitatem *Imperatoriam*, a RUDOLPHO post fata patris suscepitam, spectare intelleximus. Etenim corona *Cæsarea* clausa, quæ reliquis,

Hungarice nempe & *Bohemicae*, RUDOLPHUS iam ante ac quisierat, superadditur: eodem

IMP.

II.

fere modo, ac in FERDINANDI I. nummis, cum abdicante CAROLO V. Imperii regimen adiisset, factum fuisse conspeximus (a).

a

Deinde assidentes Electores velut denuo in eius electionem conspirare, eamque confirmare videntur; tot denique coronæ, in utraque parte expressæ, non nisi singulare quid indicant; quemadmodum palmæ oleæque rami, corollæ laureæ, hostesque prostrati, boni ominis caussa, atque gratulationis ergo additi sunt; quod ultimum quoque in nummis antiquis sequioris ævi non raro occurrit.

Ergo nummus iste ex occasione susceptæ dignitatis Imperatoriæ cusus est, quemadmodum similes hic supra vidimus. Nam etsi antea conventum esset,

b

ut RUDOLPHUS, MAXIMILIANO ad plures abeunte, non aliis comitiis exspectatis (b), Romanorum Imperator ab omnibus agnoscetur: patre tamen Ratisbonæ (quæ urbs in antica forte depingitur) ubi RUDOLPHUS & ipse adfuerat, inter frequentium Principum manus expirante, velut novo consensu atque summa omnium gratulatione agnitus est. Et erat etiam, unde omnia summa de novo Imperatore sibi pollicerentur Proceres; tantis nimirum ille virtutibus pollebat. De iis fuse MATHIAE apud PFEFFINGERUM (c). *M. Imp. a. fus.*

c

M 3

NUM.

(c) Ad VITRIAR, lib. i. titul. v. p. 749.

(a) Hic supra tab. III. num. xxvi.

(b) Vid. ISTHUAFF. lib. xxv. p. 336. seqq.

RUDOLPHUS II.
IMP.

NUMMI
ALII OBLATI
ET ICONICI.

XXV.

RVDOLPHVS II. D. ei G. ratiā
ROM: anorum IMP: erator AVGV
ſtus. Caput Imperatoris radia-
tum ad pectus cum lorica &
paludamento , nec non crispo
collari, sinistrorum. In imo
figlæ visuntur cælatoris, sed in
ipso archetypo male expressæ :
c. PRECAR, id est: *cum privi-
legio Cæsareo.*

Aversa septem Electorum
scuta sexangularia, in umbone
iuncta , continet. Medium
locum tenet leo Bohemicus. Quæ
a dextris stipant scuta, insignia
præbent Electorum Ecclesiasti-
corum , puta *Moguntini*, *Co-
loniensis* & *Trevirensis*: quæ a
sinistris, tria Electorum secula-
rium , *Palatini*, *Saxonis* &
Brandenburgici.

In margine adscripti sunt
tituli seu nomina singulorum ,
eo ordine , quo scuta ipsa in
umbone disposita esse diximus:
REX BO: hemiæ PALA:tinus SAXO:
nicus BRA: denburgicus TREVI:
rensis COLO:niensis MOGVN:tinus.
In imo c. um PRE (pro PRI vi-
legio) cæsareo.

Huius generis nummos oc-
casione comitiorum Imperii si-
gnatos fuisse , valde credibile
est (a) : sed quoniam notis
chronologicis destituti sunt, dif-
ficile erit certam singulis æram
statuere. Id unum certo con-
stat, a RUDOLPHO comitia septi-
es congregata fuisse, nempe anno
1577. & 82. Francofurti : &

(a) Vid. LOCHNER. anno 1743. p. 386.

anno 1594. & 98. nec non ^{Tab. XIII.}
1603. & 1608. Ratisbonæ :
ac denique 1600. Spiræ : non
computato conventu , anno
1610. quo MATHIAM fratrem
in ordinem redigeret , Pragæ
instituto (b). Horum itaque
cauſa hic & sequentes nummi
percussi sunt , quemadmodum
& duo alii in supplementorum
tabulam , in calce operis repe-
riendam , num. III. & IV. re-
ieci. Prioris pars adversa ea-
dem est cum hoc præsenti; scri-
bitur tamen AVGVſtus & in imo
figlæ artificis emendate legun-
tur: c. um p. rivilegio c. hristia-
nus m. ahler. Pars aversa cum
nummo sequenti , num. XXVI.
describendo, concordat.

Alter singularis elegantiæ &
concinnitatis , in antica caput
RUDOLPHI nudum, sinistrorum
conversum , repræsentat , ad
pectus cum lorica seu cataphra-
cta , paludamento & collari ,
adiecta epigraphe: RVDOLPHVS
II. ROM. anorum IMP. erator SEM-
P. er AVGVſtus ; & in angulo
dextro c. cum p. rivilegio cæsa-
reo. Postica easdem parvulas
eodemque ordine exhibit , ut
hoc numero , adscribiturque :
MOG. untinus COL. oniensis TRE.
virens PAL. atinus SAX. onicus
BRA. ndenburgicus , videlicet Ele-
ctores. Et in margine exteriori:
MANE NOBISCVM DNE QVONI-
AM ADVESPERASCIT : ET IN-
CLINA: vit IAM DIES. LVC. 24.

Sex igitur (nam tres alii
statim sequuntur) iam numera-
ri possunt nummi , memoriae
comitiorum , sub RUDOLPHO
habitorum , dicati, ut vix du-
biūm

(b) Vid. PFEFFINGER. loc. cit.

- tab. XIII. bium supersit , quin septem cusi
sint , ac septimus , adhuc alicubi
a lateat (a). Prior ex M. Imp. ar.
1. dr. alter ex M. S. B. ar. pond.
1. dr. tertius ex eod. M. ar. inau.
pond. semunc.

XXVI.

Epigraphe ut num. præce-
denti. Effigies autem Impera-
toris ut num. v. nisi quod hic
aureo vellere spectabilis sit.

Aversa circa aquilam bici-
pitum coronatam , in medio po-
sitam , quæ parvula pectori
impressa , hinc fasciam *Austria-
cam* , inde *Burgundicos* baltheos
exhibit: in circuitu posita ha-
bet septem rotunda scuta Elec-
torum , quæ eorum insignia ,
ordine , quo supra , referunt.
Excipe quod scutum *Bohemicum*
non in medio , sed ad laevam
primum locum teneat. Scutis
denique hisce in margine num-
mi interpositæ sunt siglæ , Elec-
torum nomina , ut in præce-
denti nummo , adsignificantes.
M. Imp. ar. pond. 3. dr.

XXVII.

Anterior facies septem orbes
exhibit , effigies Electorum ,
adiectis eorundem titulis , refe-
rentes: media imagine Cæsaris ,
hoc ordine : a dextris IOA. nnes
SCHWI. cardus AR. chiepiscopus
MOG untinus ERNES. tus ARCH. i-
episcopus COLON. iensis LOTHAR.
ius AR. chiepiscopus TREVIR. ensis.
Ad sinistrum latus , FRIDER. i-
cus IV. ELE. ctor PALA. tinus ,
CHRIST. ianus II. ELE. ctor SAXO-
Nicus , IOACH. imus FRI. dericus
ELE. ctor BR. andenburgicus.

Omnis hi Electores adversa
fronte fistuntur , omnesque bar-

(a) Extat hic , ut modo advertimus in re-

bati atque recisis capillis , so- RUDOL-
lusque Cæsar laureatus , reliqui PHUS II.
inoperti comparent. Cæsarem IMP.
denique ipsum hæc inscriptio so-
lita circumdat : RVDOLPH. us II.
ROM. anorum IMP. erator. In
ambitu vero legitur : SEPT. em
EL. electores SACRI ROM ani IMP. e-
rii COLVMN. & C. um PRIVI. legio
c. bristianus MALER.

Posterior facies septem eo-
rundem insignia , totidem ro-
tundis scutis impressa , offert :
eodem ordine posita , quo ipso-
rum in adversa fronte effigies.
Primum , eumque medium lo-
cum , occupat aquila *Imperialis*
biceps coronata , cum leone Bo-
hemico in pectori. Sequuntur
ad dextrum latus tria Ecclesia-
sticorum Electorum insignia :
rota scilicet *Moguntina* , cru-
cesque *Coloniensis* & *Trevirensis*.
Ad sinistram vero secularium :
leo *Palatinus* , corona rutacea ,
tæniis imposta , *Saxonie* , ac
Brandenburgica demum aquila.
In margine cuiusvis adscriptum
est nomen : MOGVNT inus CO-
LONI. ensis TREVIR. ensis PALATI-
NUS SAXON. icus BRAND. enbur-
gicus 1607.

Æram nummi & occasio-
nem , qua cufus est , quod at-
tinet , videtur & nobis , ut
LOCHNERO loc. cit. probabile:
factum id esse , cum durantibus
motibus *Donavverdensibus* co-
mitia Imperii in annum sequen-
tem 1608. Ratisbonam indice-
rentur. LOCHN. ad an. 1743.
p. 417. XXVIII.

Adversa huius numismatis
effigies quinque priorum Impe-
rato-

cens apert. Grossor. Scrin. Suppl. I. tab.
x. n. CXVI. p. 115.

RUDOLPHUS II. IMP. ratorum ex Augustissima Gente Habsburgica assumptorum exhibet, hoc ordine: RUDOLPH. us I. ROM. anorum IMP. erator (quæ duo ultima verba post singulorum nomina tam hic, quam in averfa repetuntur) ALBERTVS I. FRIDERIC. us III. ALBERTVS II. FRIDERICVS. IIII. In medio aquila Imperii biceps inter notam chronologicam 1594. ostenditur, pectori gerens scutum *Austriaco-Burgundicum*, & in capite coronam Cæsaream.

Postica reliquos quinque Imperatores, ex eadem Augusta Domo oriundos, ante oculos ponit, quorum hæc sunt nomina atque ordo: MAXIMIL. iannus I. CAROLVS V. FERDINANDVS. MAXIMILI. annus II. RUDOLPH. us II. Eiusdem nominis littera capitalis R. corona Cæsarea, quam IUSTITIA & PAX imponere videntur, tecta cernitur. In ambitu epigraphe utriusque partis hunc in modum iungenda: ROM. anorum IMP. eratores EX SERENI. ssima AVSTRIACA DOMO IN INVICTI. ssimi RVDO. (hic averfa incipit) LPHI. II. EI9DEMQ. ue DOM. us HONOREM NORI. mberga F. ecit v alentinus M. ahler.

Epigraphe nummi figuræ que eiusdem cum argumentum, tum originem satis indicant: videturque oblatus esse, cum RUDOLPHUS anno 1594. comitia Ratisbonæ habuit. M. S. B. ar. pond. I. unc. nec non antica in tab. HER. postica in M. Imp. ar. deau. pond. semunc. I. dr.

XXIX.

RUDOLPHVS II ROM: anorum

IMP: erator AVG uſtus. Sistitur Tab. XIII. hic Imperator fere ut num. xxvi. proiectoris tamen ætatis, cum torque aurei velleris, subque axilla eius dextra sigla scalptoris incogniti AB leguntur. M. Imp. ar. sicilic.

XXX.

Adversa cum præcedenti Tab. XIV. fere in omnibus conspirat, dempto modulo.

Aversa autem Imperatorem ut num. antecedenti VIII. fistit, cumque titulum eius denuo repeatat, signum est, duas hic adversas partes simul iunctas fuisse. Porro sigla in hac facie occurrentes sueto more sic legendæ: CVM PRE (pro PRI uilegio) CÆSAREO v. alentinus M. ahler. M. Imp. ar. pond. I. unc. I. dr.

UNCIALES
ET MONETÆ.

XXXI.

RUDOLPHVS. II. D. ei C: ratia RO: manorum IM: perator s. emper a. uguſtus GE. rmaniae HV. n. gariae BO: hemia REX. Integra imago Imperatoris in pedes eretti, cataphracti, gladio præcincti & corona clausa redimiti, dextra sceptrum, sinistra globum crucigerum sustentantis. In area a dextris scutum cernitur, aperta corona tectum, leonem *Bohemicum* exhibens: a sinistris vero simile scutum bipartitum, tæniis *Hungaricis*, eiusdemque regni Patriarchali cruce instructum. In imo lilium, monetarii signum.

In postica continuantur tituli:

ARCHI-